

**διπλάσιος λόγος (διπλάσιον γένος) / duplex ratio (genus, modus, pes, tempus), dupla divisio (norma, partitio, regula), duplum**

ARISTOX. *rhythm.* II 20 (p. 12. 24 sqq. Pearson) τρίτος δέ τις ληφθείη πούς παρά τούτους, τήν μὲν βάσιν ἴσην αὐ τοῖς ἀμφοτέροις ἔχων, τήν δὲ ἄρσιν μέσον μέγεθος ἔχουσαν τῶν ἄρσεων. ὁ γὰρ τοιοῦτος πούς ἄλογον μὲν ἔξει τὸ ἄνω πρὸς τὸ κάτω ἔσται δ' ἡ ἀλογία μεταξύ δύο λόγων γνωρίμων τῇ αἰσθήσει, τοῦ τε ἴσου καὶ τοῦ διπλασίου. καλεῖται δ' οὗτος χορείος ἄλογος

ARISTOX. *rhythm.* II 24 (p. 16. 1 sqq. Pearson) γένει δὲ ὅταν οἱ λόγοι διαφέρωσιν ἀλλήλων οἱ τῶν ποδῶν, οἷον ὅταν ὁ μὲν τὸν τοῦ ἴσου λόγον ἔχη, ὁ δὲ τὸν τοῦ διπλασίου, ὁ δ' ἄλλον τινὰ τῶν ἐνρῦθμων χρόνων.

ARISTOX. *rhythm.* II 30 sq. (p. 16. 16 sqq. Pearson) τῶν δὲ ποδῶν <τῶν> καὶ συνεχῆ ῥυθμοποιίαν ἐπιδεχομένων τρία γένη ἐστί· τὸ τε δακτυλικὸν καὶ τὸ ἱαμβικὸν καὶ τὸ παιωνικόν. δακτυλικὸν μὲν οὖν ἐστὶ τὸ ἐν <τῶ> ἴσῳ λόγῳ, ἱαμβικὸν δὲ τὸ ἐν τῷ διπλασίῳ, παιωνικὸν δὲ τὸ ἐν τῷ ἡμιολίῳ. τῶν δὲ ποδῶν ἐλάχιστοι μὲν εἰσὶν οἱ ἐν τῷ τρισημίῳ μεγέθει· τὸ γὰρ δίσημον μέγεθος παντελῶς ἂν ἔχοι πυκνήν τὴν ποδικήν σημασίαν. γίνονται δὲ ἱαμβικοὶ τῷ γένει οὗτοι οἱ ἐν τρισημίῳ μεγέθει· ἐν γὰρ τοῖς τρισὶν ὁ τοῦ διπλασίου μόνος ἔσται λόγος.

ARISTOX. *rhythm.* II 34 (p. 18. 9 sqq. Pearson) τέταρτοι δὲ εἰσὶν οἱ <ἐν> ἐξασήμῳ μεγέθει ἔστι δὲ τὸ μέγεθος τοῦτο δύο γενῶν κοινόν, τοῦ τε ἱαμβικοῦ καὶ τοῦ δακτυλικοῦ, ἐν γὰρ τοῖς ἑξ τριῶν λαμβανομένων λόγων, τοῦ τε ἴσου καὶ τοῦ διπλασίου καὶ τοῦ πενταπλασίου, ὁ μὲν τελευταῖος ῥηθεις οὐκ ἔρρυθμός ἐστι, τῶν δὲ λοιπῶν ὁ μὲν τοῦ ἴσου λόγος εἰς τὸ δακτυλικὸν γένος ἐμπεσεῖται, ὁ δὲ τοῦ διπλασίου εἰς τὸ ἱαμβικόν.

DION. HAL. *Dem.* 48 (p. 233. 2 sqq. Vsener-Radermacher) κατὰ μὲν δὴ τὰς ὀξύτητάς τε καὶ βαρύτητας αὐτῶν τάττεται τὸ μέλος, κατὰ δὲ τὰ μήκη καὶ τὰς βραχύτητας ὁ χρόνος. οὗτος δὲ γίγνεται ῥυθμός, εἴτε ἀπὸ δυεῖν ἀρξάμενος συνίστασθαι βραχειῶν, ὥσπερ οἶονταί τινες καὶ καλοῦσι τὸν οὕτως κατασκευασθέντα ῥυθμὸν ἡγεμόνα, πρῶτον ἔχοντα λόγον τῶν ἴσων ἄρσει τε καὶ θέσει χρόνων, εἴτε ἀπὸ τριῶν βραχειῶν, ὡς τοῖς περὶ Ἀριστόξενον ἔδοξεν (*rhythm.* II 30, p. 16. 20 sqq. Pearson), ὅς ἐν τῷ διπλασίῳ κατεσκευάσται λόγῳ πρῶτον.

ARIST. QUINT. *de mus.* I 14 (p. 33. 28 sqq. Winnington-Ingram) γένη τοίνυν ἐστὶ ῥυθμικὰ τρία, τὸ ἴσον, τὸ ἡμιόλιον, τὸ διπλάσιον (προστιθέασι δὲ τινες καὶ τὸ ἐπίτριτον), ἀπὸ τοῦ μεγέθους τῶν χρόνων συνιστάμενα· ὁ μὲν γὰρ εἰς ἑαυτῷ συγκρινόμενος τὸν τῆς ἰσότητος γεννᾷ λόγον, ὁ δὲ β̄ πρὸς τὸν ἕνα τὸν διπλασίῳ, ὁ δὲ γ̄ πρὸς τὸν β̄ τὸν ἡμιόλιον, ὁ δὲ δ̄ πρὸς τὸν γ̄ τὸν ἐπίτριτον.

ARIST. QUINT. *de mus.* I 14 (p. 34. 7 sqq. Winnington-Ingram) τὸ δὲ διπλάσιον (*scil.* γένος) ἄρχεται μὲν ἀπὸ τρισημίμου, περαιούται δὲ ἕως ὀκτωκαιδεκασημίμου.

ARIST. QUINT. *de mus.* I 18 (p. 38. 17 sqq. Winnington-Ingram) οἱ μὲν οὖν συμπλέκοντες τῇ μετρικῇ θεωρίᾳ τὴν περὶ ῥυθμῶν τοιαυτὴν τινὰ πεποιήνται τὴν τεχνολογίαν. οἱ δὲ χωρίζοντες ἐτέρως ποιούσιν. ἀρξάμενοι γὰρ ἀπὸ δίσημου συντιθέασιν ἀριθμοὺς μέχρι τῶν συνθέτων ῥυθμῶν, καὶ τούτους κατὰ τοὺς προειρημένους σχηματίζοντες λόγους, ἴσον τε καὶ διπλάσιον ἡμιόλιόν τε καὶ ἐπίτριτον.

STEPH. in Aristot. *rhet.* III 8. 4, p. 1409a 3 (*Comm. in Aristot. Gr.* XXI 2, p.



318. 6 sq. Rabe) ὁ δὲ τροχαῖός ἐστιν ἐν λόγῳ διπλασίῳ· δύο γὰρ χρόνοι πρὸς ἕνα χρόνον.

PSELL. *prol.* 10 (p. 24. 17 sqq. Pearson) τῶν ποδικῶν εὐφυέστατοί εἰσιν οἱ τρεῖς, ὃ τε τοῦ ἴσου καὶ ὁ τοῦ διπλασίου καὶ ὁ τοῦ ἡμιολίου· γίνεται δὲ ποτε πούς καὶ ἐν τριπλασίῳ, γίνεται καὶ ἐν ἐπιτρίτῳ.

ANON. AMBR. 225. 14 sqq. ~ ANECD. CHIS. 1<sup>a</sup>. 6, p. 207 οἱ μουσικοὶ τὸν μὲν διπλασίονα λόγον ἱαμβικὸν καλοῦσιν, ὅταν ἡ ἄρσις τῆς θέσεως διπλασίῳ ἦ, δάκτυλον <δὲ> τὸν ἐν ἴσῳ λόγῳ· διὸ καὶ οἱ μετρικοὶ τὸν πόδα τοῦτον οὕτως ἐκάλεσαν.

ANON. AMBR. 227. 6 sqq. τούτων δὲ (*scil.* τῶν ἀπλῶν ποδῶν) οἱ μὲν ἐν ἴσῳ θεωροῦνται λόγῳ, οἱ δὲ ἐν διπλασίονι, οἱ δὲ ἐν ἡμιολίῳ ... τοῦ δὲ διπλασίου ὁμοίως τέσσαρες, ἱαμβος, τροχαῖος, τρίβραχυς, μολόσσος· τούτων γὰρ ἦτοι ἡ ἄρσις διπλασίῳ ἐστὶ τῶν θέσεων ἢ τὸ ἀνάπαλιν.

FRAGM. NEAP. 10 (p. 28. 17 sqq. Pearson) λόγοι δὲ εἰσι ρυθμικοί, καθ' οὓς συνίστανται οἱ ρυθμοὶ οἱ δυνάμενοι συνεχῆ ρυθμοποιᾶν ἐπιδέξεσθαι, τρεῖς· ἴσος, διπλάσιος, ἡμιόλιος. ἐν μὲν τῷ ἴσῳ τὸ δακτυλικὸν γίνεται γένος, ἐν δὲ τῷ διπλασίῳ τὸ ἱαμβικόν, ἐν δὲ τῷ ἡμιολίῳ τὸ παιωνικόν.

FRAGM. NEAP. 15 (p. 30. 7 sqq. Pearson) διαφέρουσι δὲ οἱ μείζονες πόδες τῶν ἐλαττόνων ἐν τῷ αὐτῷ γένει ἀγωγῆ. ἔστι δὲ ἀγωγή ρυθμοῦ τῶν ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ ποδῶν κατὰ μέγεθος διαφορὰ, οἷον ὡς τρίσημος ἱαμβικός, ὁ συνεχῶν <ἐν> ἐν ἄρσει καὶ διπλάσιον ἐν θέσει. τῶν γὰρ τριῶν ἡ διαίρεσις εἰς σημεῖον καὶ διπλάσιον γίνεται τῶν τε ἕξ ὁμοίως. οὗτοι οὖν οἱ πόδες, μεγέθει ἀλλήλων διαφέροντες, γένει καὶ τῇ διαίρεσει τῶν ποδικῶν σημείων οἱ αὐτοὶ εἰσιν.

SCHOL. A in Herphaest. 109. 14 sqq. τὰ μέτρα ἀπὸ ποδῶν τινῶν τῶν ἐχόντων τὸν ἴσον λόγον ἢ τῶν ἐχόντων τὸν διπλασίονα ἢ τῶν ἐχόντων τὸν ἡμιόλιον ... τοῦ διπλασίου δὲ τροχαῖος· ἡ μακρὰ γὰρ τῆς βραχείας διπλασίῳ.

SCHOL. B in Herphaest. 260. 13 sqq. διὰ τί δὲ ἐν τῇ πρώτῃ ἐπιπλοκῇ κατὰ μίαν ἀφαιροῦμεν καὶ προστίθεμεν, ἐν δὲ τούτοις ἔσθ' ὅτε κατὰ δύο; μάλιστα μὲν ἐπεὶ ἐκεῖνα ἐξ ἀπλῶν δύο σύγκεινται συλλαβῶν, ταῦτα δὲ ἐκ τριῶν· καὶ ὡσπερ ἐν τῷ περὶ καταλήξεως διεσήμανε τὸ καταληκτικὸν καὶ ὑπερκαταληκτικόν, οὕτως καὶ ἐνταῦθα οὐ κατὰ μίαν μόνον, ἀλλ' ἐνίοτε καὶ κατὰ δύο. ἔτι δὲ κάκεινο ρητέον· ἐκεῖνα μὲν ἐν διπλασίονι κεῖται λόγῳ, ταῦτα δὲ ἐν ἴσῳ

CIC. *or.* 188 ita fit aequalis dactylus, duplex iambus, sesquiplex paeon; qui pedes in orationem non cadere qui possunt?

QVINT. *inst.* IX 4. 46 sq. ρυθμὸς ἐστὶν αὐτὸς, ὡς δὲ δactylicus, una enim syllaba <longa duabus> par est brevibus (est quidem vis eadem et aliis pedibus, sed nomen illud tenet: longam esse duorum temporum, brevem unius etiam pueri sciunt) aut sescuplex, ut paeonicus: is est ex longa et tribus brevibus quique ei contrarius ex tribus brevibus et longa (vel alio quoque modo, ut tempora tria ad duo relata sescuplum faciunt) aut duplex, ut iambos (nam est ex brevi et longa) quique est ei contrarius.

TER. MAVR. GL VI 366. 1348 sqq.

temporum momenta sane lege certa dividunt,  
seu duas pes quisque iunget sive plures syllabas.



διπλάσιος λόγος (διπλάσιον γένος) /  
duplex ratio (genus, modus, pes, tempus), dupla divisio (norma, partitio, regula), duplum

aut enim quantum est in ἄρσει, tantum erit tempus θέσει,  
altera aut simplō vicissim temporis duplum dabit,  
sescuplo vel una vincet alterius singulum:  
quicquid istis discrepabit, absonum reddet melum.

TER. MAVR. GL VI 367. 1390 sqq.

vis iambum, dic 'parens'; <si> vis trochaeum, 'Roma' dic.  
hactenus vicissitudo vertitur disyllabum:  
nam quater reciprocantur numerus et tempus duplex.

TER. MAVR. GL VI 367. 1398 sq.

temporum tria ille (*scil.* tribrachys) habebit, iste duplo tenditur;  
quae tamen cum partieris, simpla duplis reddito.

TER. MAVR. GL VI 368. 1421 sqq.

arsis hinc sumat (*scil.* amphibrachys) necesse est tria priora tempora  
et thesi relinquat unum: vel licet veritas retro,  
arsis uno sublevetur, deprimant thesin tria.  
par pari figura non est, pugnat unum cum tribus,  
nec modum dupli rependit, nec tenetur sescuplo:  
exigunt idcirco talem qui sequuntur musicam.

APTHON. GL VI 40. 23 sqq. etenim in simplicibus pedibus arsis ac thesis aut simpli aut dupli aut sescupli ratione taxatur.

APTHON. GL VI 40. 27 sqq. in duplo autem iambus, trochaeus, tribrachys, molossus: horum enim duplex sublatio, simplex positio est, vel contra.

APTHON. GL VI 41. 9 sqq. molossi ratio aequae duplex: nam idem valent duo contra quattuor, sicut quattuor adversum duo, ut modo sublatio unam longam habeat, positio duas, nunc positio unam, sublatio duas longas. amphibrachys, in quo duae breves, media longa est, in arsi tria, in thesi unum tempus accipiet, rursusque arsis unum, thesis tria sibimet vindicabit, non <simpli nec> dupli seu sescupli, ut in reliquis, ratione diducta, quippe cum tribus temporibus unum vel contra unum tribus insequentibus repugnare videatur, unde minus aptus pes in metris, musicis autem consentaneus existimatur.

APTHON. GL VI 42. 15 sqq. secundus autem rhythmus in iambo dupli ratione subsistit, <in> qua <et> trochaica et utraque ionica. monosemos [unius] enim [temporis] arsis ad disemon thesin comparatur. etenim iambus a brevi syllaba incipit, quae est unius temporis, et in longam desinit, quae est temporum duum; trochaeus autem contra. eadem et in ionicis metris dupli ratio versatur ... ergo iambica et trochaica metra, quae in dupli ratione sunt posita, facta coniugatione binum pedum ad legem quadrupli vocabuntur.

APTHON. GL VI 49. 8 sqq. ita [ut] summa omnium ad centum viginti et quattuor pedes redacta est, ita ut simplices numero duodecim, compositi centum et duodecim habeantur. hi aut eiusdem inter se mensurae sunt aut sescuplo anteeunt aut duplo.

APTHON. GL VI 89. 17 ionicus a maiore ... constat ... ex duabus longis subiectis sibi totidem brevibus, id est spondeo et pyrrichio vel ex molosso novis-



sima eius longa in duas breves divisa, quem merito utraque ionica admittunt. ex quo intellegitur in his arsin et thesin non in aequalitatis, sed in dupli ratione subsistere. nam supra docuimus (p. 48. 1 sqq.) ea esse optima metra, quae aequalitatis ratione constant, propter quod utrumque hoc ionicum, quando ex dupli ratione subsistit, magis rhythmis quam metris proprium est.

DIOM. GL I 480. 4 sqq. in aliis enim (*scil.* pedibus) aequa divisio est, in aliis dupla, in aliis sescupla; et prima dactylica, secunda iambica, tertia paeonica nominatur.

DIOM. GL I 480. 9 sqq. dupla vero (*scil.* divisio) est, quotiens pedis sublatio temporibus impar est positioni, ut est in iambo et trochaeo et duobus ionicis. iambi enim arsis unum tempus tam in se habet et eius thesis duo quam trochaei versa vice arsis duo habet et thesis unum.

DON. GL I 370. 33 sqq. = 608. 25 sqq. Holtz in aliis enim (*scil.* pedibus) aequa divisio est, in aliis dupla, in aliis sescupla; et prima dactylica, secunda iambica, tertia paeonica nominatur.

SERV. GL IV 425. 20 sqq. divisiones autem temporum tres sunt: aequa, quae et dactylica, dupla, quae iambica, sescupla, quae paeonica nominatur ... dupla dicitur divisio, quotiens altera pars alteram partem duplo vincit, ut puta unum et duo, duo et quattuor; quae divisio hos recipit pedes, iambum, trochaeum, tribrachyn, molossum, ionicum maiorem, ionicum minorem.

SERG. GL IV 481. 11 sqq. omnes pedes tres divisionum formulas tenent, sed has quae ad grammaticos pertinent. nam amphibrachus, qui excipitur a Donato (GL IV 370. 30 sqq. = 608. 24 sqq. Holtz), habet divisionem quae dicitur tripla; epitriti, qui ab eodem excipiuntur, habent divisionem quae epitrita dicitur. ergo his quinque pedibus exceptis sciendum est quod in reliquis pedibus istae sunt divisiones tres, quarum prima aequa, secunda dupla, tertia sescupla dicitur ... dupla est, quotiens altera pars alteram partem duplo vincit, et est in his pedibus, trochaeo et iambo: nam prima syllaba duo tempora habet, sequens unum, vel contra. sescupla est, quotiens altera pars alteram partem dimidietate dupli vincit, quae idcirco dicta est sescupla, quia plus ab aequa significat, minus a dupla ... scire etiam debemus quod aequam divisionem possumus vocare dactylicam, duplam iambicam, sescuplam paeonicam.

CLEDON. GL V 31. 9 sqq. ideo 'excepto amphibracho' (Don. GL IV 370. 30 sq. = 608. 24 Holtz), quoniam amphibrachus caret divisione, quia pes qui illum antecedit, amphimacrus, quinque tempora habet et iste quattuor, nec duplum est nec aequum nec sescuplum \*\*\* ideo 'epitritus' (Don. GL IV 370. 31 = 608. 24 Holtz), sive quia septena tempora; et paeones quina, ideoque integra divisio inter ipsos, nec dupla sed sescupla esse potest, quia semis minus est. sescuplum enim est dimidium de duplo. 'enim aequa divisio est' (Don. GL I 370. 33 = 608. 25 Holtz): aequa divisio unum et unum, duo et duo; dupla unum et duo, duo et quattuor, quattuor et octo; [tripla et] sescupla tria et duo aut duo et tria. [aequa dactylica] amphibrachus nullam de tribus habet divisionem, quoniam, si mediam longam ad arsin adicias, tres erunt in arsi et una in thesi; si ad thesin

adhibeas, unum erit [unum] tempus in arsi et tria in thesi, quae res nec aequam nec duplam nec sescuplam significat divisionem.

POMP. GL V 123. 28 sqq. tempora in pedibus tripartitam habent divisionem. aut aequa dicitur divisio, aut dupla, aut sescupla dicitur, nec potes invenire aliam divisionem. istae tres sunt tantum, aequa, dupla, sescupla. aequa dicitur et dactylica; quae dicitur dupla, dicitur et iambica; sescupla dicitur et paeonica. videamus, quo modo. quae est aequa, quae dupla, quae sescupla?

POMP. GL V 124. 13 sqq. dupla dicitur divisio, quotiens altera pars alteram partem duplo vincit. puta ista pars arsis, habet duo tempora, thesis unum; aut thesis duo, arsis unum. ideo dixi 'altera pars alteram partem duplo vincit'. aut ista pars potest habere unum et illa duo, aut ista duo et illa quattuor, aut ista tria et illa sex. quotiens altera pars duplo vincit alteram partem, dupla divisio est, et recipit hos pedes. iambus duplam habet divisionem; unum habet arsis, duo thesis. trochaeus: duo in arsi, unum in thesi. [molossus et tribrachus]. molossus sex habet tempora, sed quattuor habebit arsis, duo thesis. idcirco duae illae longae aut ad arsin adplicandae sunt aut ad thesin. item tribrachus; duae erunt in arsi, una in thesi. quod dixi 'aut duae aut duae', propter illos accentus. nam diximus superius (p. 121. 3 sqq.), quando in media syllaba accentus fuerit, thesis habet plura tempora; quando in prima, arsis habet plura tempora. ergo habes iambum, trochaeum, molossum, tribrachum, ionicum maiorem et ionicum minorem. isti sunt tantum pedes, qui habent duplam divisionem. sescupla est, quotiens altera pars alteram partem non duplo vincit, sed dimidietate dupli. ut puta quinque tempora quando sunt, ecce dimidietas dupli est, quae vincit. nam si dupla esset divisio, quattuor et duo faciebas; si simpla esset, unum et unum faciebas: ergo a dupla unum minus habet.

MART. CAP. IX 972 (p. 374. 15 sqq. Willis) et errhythmia (*scil.* tempora) quidem sunt, quae ratione certa ordinem servant, ut in duplici vel hemiolo vel in aliis, quae aliqua ratione iunguntur; arrhythmia sunt, quae sibi nulla omnino lege consentiunt ac sine certa ratione coniuncta sunt; rhythmioide vero in aliis numerum servant in aliisque despiciunt.

MART. CAP. IX 977 (p. 375. 19 sqq. Willis) rhythmica vero genera sunt tria, quae alias dactylica, iambica, paeonica nominantur, alias aequalia, hemiolia, duplicia; denique etiam epitritus sociatur. etenim unus semper, cum sibi fuerit aptatus, ut aequalis convenit; duplex vero qui fuerit ad singularem, geminam rationem tam syllabarum quam temporum servat; tria vero ad duo numerus hemiolius est; quattuor vero ad tres epitriti modum facit ... sequitur iambicum genus, quod diplasion superius expressi, in quo pedum signa duplicem rationem ad invicem servant, sive unus ad duo, sive ad quattuor gemini, vel quicquid ad duplum currit.

MART. CAP. IX 978 (p. 376. 17 sqq. Willis) duplum (*scil.* numeri genus) vero incipit a trisemo, XVIII autem syllabas in finem usque deducet.

IVL. TOL. 62. 282 cuius divisionis est (*scil.* tribrachys)? duplae, quia pars partem duplo vincit.



IVL. TOL. 156. 75 sq. cuius divisionis est (*scil.* iambus)? duplae. quomodo? pars partem duplo vincit.

IVL. TOL. 157. 90 sq. cuius divisionis est (*scil.* tribrachys)? duplae. quomodo? pars partem duplo vincit

IVL. TOL. 157. 95 sq. cuius divisionis est (*scil.* tribrachys)? duplae. quomodo? arsis habet duo tempora, thesis quattuor.

IVL. TOL. 158. 125 sqq. cuius divisionis est (*scil.* amphimacrus)? sescuplae. quomodo? arsis habet tria tempora, thesis duo. sescuplae qualis sermo est? graecus. quid sonat in latinum? <unum et> dimidium. quomodo? quia a duplo unum super habet, ab aequo unum minus habet.

IVL. TOL. 161. 184 sq. cuius divisionis est (*scil.* ionicus minor)? duplae. quomodo? quia arsis habet duo tempora, thesis quattuor, pars partem duplo vincit.

IVL. TOL. 161. 190 sq. cuius divisionis est (*scil.* ionicus maior)? duplae. quomodo? quia pars partem duplo vincit.

IVL. TOL. 168. 352 sqq. universorum pedum trina condicio reperitur; in aliis enim aequa divisio est; in aliis dupla, in aliis sescupla. quomodo? quia sunt pedes aequae divisionis, sunt duplae, sunt sescuplae. et prima divisio, quae aequa est, ipsa est dactylica. secunda, quae dupla est, ipsa est iambica. tertia, <quae sescupla est, ipsa est paeonica ...> ... secunda iambica, quae est dupla, quare dicitur iambica? quia iambus pes ibi adnumeratur.

IVL. TOL. 168. 370 sqq. quot pedes sunt duplae divisionis? sex. qui? iambus, trochaeus, tribrachys, molossus, et duo ionici. quare dicti duplae divisionis? eo quod altera pars alteram partem duplo vincat. quomodo? ex brevi syllaba et longa constat iambus, brevis habet unum tempus, longa duo habet tempora; arsis habet unum tempus et thesis duo; pars partem duplo vincit. quare? longa syllaba habet duo tempora, brevis unum. ita et ceteri pedes duplae divisionis.

IVL. TOL. 169. 379 sqq. quare dicta sescupla divisio? eo quod ab aequo unum plus habet et a duplo unum minus (sescum enim apud Graecos dimidium dicitur), ut puta 'deducens', ecce bacchius pes quinque habet tempora, arsis modo habebit tria tempora, thesis duo. quomodo? 'dedu' tria habet tempora, 'cens' duo, id est, sescupla divisio, quae ab aequo unum plus habet, a duplo unum minus.

ALDHELM. *de metr.* 151. 3 sqq. quot sunt divisionis species in pedibus, praesertim qui ad grammaticos pertinere noscuntur? iuxta quod praecessorum auctoritas tradidisse memoratur, trina divisionis condicio definitur; quorundam namque pedum aequa divisio est quorundam dupla, nonnullorum vero sestupla.

ALDHELM. *de metr.* 151. 11 sqq. quot sunt pedes, qui dupla divisionis qualitate partiantur? VI. id est iambus, trocheus, molossus, tribrachus, ionicus minor, ionicus maior, quos nunc arsis, nunc thesis discordante temporum trutina vergunt et inclinant ... sescupla dicta est quasi semis dupla, quia altera pars alteram non duplo vincit sed medietate dupli, idcirco aequam divisionem temporis augmento velut momentaneae exagio sescupla superans praeponderat, quamvis dupla gemino armata tempore eandem sescuplam praecellat.



διπλάσιος λόγος (διπλάσιον γένος) /  
duplex ratio (genus, modus, pes, tempus), dupla divisio (norma, partitio, regula), duplum

ALDHELM. *de metr.* 163. 3 sqq. hic ergo pes (*scil.* molosus) dupla divisionis norma partitur et acuto accentu pronuntiatur, et quia paenultima acuitur, arsin habere reor tempora duo et thesin quattuor.

ALDHELM. *de metr.* 180. 27 sqq. ionicus minor cui divisioni formulatur? ad duplam divisionis pertinet regulam. dic ergo utrum arsis an thesis in temporum distributione palmam victoriae promerebitur. thesis procul dubio IV temporum curricula gubernat et arsis duorum.

ALDHELM. *de metr.* 182. 24 sqq. arsis et thesis quomodo vel qualiter sillabarum tempora in ionico maiori partiuntur? arsis octies semis continet et thesis quater semis id est duplum temporis augmentum arsis usurpat et simplum thesin gubernat, quia sunt IV contra II.

ALDHELM. *de metr.* 186. 7 sqq. quo pacto quave ratione dividitur peon primus? sescupla divisione dirimitur, dum caret aequa divisionis regula et dupla et tripla.

CRVIND. 20. 31 sqq. quot regulas habet divisio temporum in pedibus inter arsin et thesin? III; aut enim aequa divisio aut dupla aut sescupla in pedibus invenitur, et prima dactylica, secunda iambica, tertia paeonica nominatur.

CRVIND. 21. 8 sqq. dupla divisio est, quoties altera pars alteram partem duplo vincit, ut puta iambus: unum tempus habet arsis et duo thesis. in trochaeo vero duo tempora habet arsis et thesis unum, et hos pedes dupla divisio tenet: iambum, trochaeum, molossum, tribrachum, ionicum a maiore, ionicum a minore. sescupla divisio est, quoties altera pars alteram partem non duplo vincit, sed dimidietate dupli, ut puta tres et duo, quia plus ab aequa, minus a dupla significat.

BONIF. 109. 23 sq. item dupla (*scil.* partitione) partimur (*scil.* pedes): trocheum – | ∪, iambum ∪ | –, molossum – | – –, tribrachim ∪ | ∪ ∪, ionicum minorem ∪ ∪ | – –, ionicum maiorem – – | ∪ ∪. [L.C.]